



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiae Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

§. 7. De Advocato pauperu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

PRæsicens Camerae Apostolicae praest-
rationibus universi aerarii, easque
recipit ab iis, qui proventus Camerae
Apostolicae in Urbe, & in Provinciis
colligunt, & administrant; Assidet quo-
que in Tribunali Camerae, sed suffra-
gium, uti nec caeteri Camerales non
habet.

4. Censetur inter Praelatos, & vesti-
tur habitu violaceo. Emit Officium suū
trigesies mille Scutis, percipitque pro
fructu annuo ex centum Septem vel
octo Scuta.

§ 7.

De Advocato Pauperum.

1. Romae instituta est pia Congregatio Curia-
lium pro miserabilibus gratis juvandi, & ali-
tur à Pontifice Advocatus pauperum.
2. Officium Advocati pauperum.
3. Interest Congregationibus criminalibus.
4. Officium est perpetuum, quae emolumenta
proferat.

I.

Cum sceneretur Domino, qui miseretur pauperis, ut inquit Sapiens Prov. 19. Non solum instituta est Romæ inter cætera quamplurima pietatis ac misericordiæ opera Congregatio pia Curialium diebus festis quibusdam haberi solita in Ecclesia S. Caroli ad Cataenas pro receptione supplicum libellorum personarum miserabilium, quæ gratuum patrocinium implorant, sed etiam Pontifices constituunt, & ex ære publico alunt Advocatum Pauperum, qui eorum partes contra Advocatos Fiscales, & aliorum potentiorum invasiones tueatur & defendat, ne ex defectu mediorem egeni Advocatorum avaritiam explere non valentes, indefensi pereant.

2. Officium ergo hujus Advocati est gratis personis miserabilibus assistere, scripturas formare, & optimo quo potest modo earum causas defendere. Ideoque adesse semper debet tam publicis quam privatis carcerum visitationibus, & sollicite curare, ne carcerati à Judicibus, Executoribus aut custodibus plus æquo graventur, eamque ob causam

sam

sam accipiat quotidie à visitatore carceris in scriptis nomina eorum, qui in dies carcerantur. *Pius V. Const. 58. Paulus V. Const. 71.* Non potest hic Advocatus, causas divitum defendendas assumere pro precio, tum ne pauperum causas deserat, tum ne ansa illi detur turpe lucrum faciendi.

3. Interesse quoque potest omnibus Congregationibus criminalibus, quae omni Septimana habentur in Tribunalibus Gubernatoris, Auditoris Camerae & Vicarii, atque etiam in Foro Capitolino, & in iis praecedit Advocatum Fisci.

4. Officium hujus Advocati est perpetuum, nec vacat nisi per mortem vel promotionem ad munera majora & incompatibilia. Habet pro annuo Salario mille circiter auri Scuta, praeter alia emolumenta & immunitates à Gallis & ejusmodi oneribus. Accedit Pontificem non solum cum caeteri Officiales ordinarie admittuntur, sed etiam quodocumque res postulaverit.